

imperator primo anno pontificatus domini Urbani pape V.
 cum multo apparatu et regia comitiva honorando ipsius pape
 1365 mai. pontificium eisdem presentiam in civitate Itinonensi, ubi
 1368. tunc ipse papa cum sua curia residencebat, personaliter visitavit.
 ubi ipse per dictum dominum papam cum maxima benignitate
 susceptus stans continue ibidem per spacium circiter integri
 mensis familiarissima frequenter cum domino apostolico mis-
 erit colloquia, multis vicibus soles cum solo in palacio papali
 considerens per dies et noctes integras de communibus et contin-
 gentibus negotiis pertractando. Post annos tandem aliquot dum
 dominus Urbanus papa quintus cum sua curia ad urbem Ro-
 manam accessisset, prefatus Carolus imperator ad subvenien-
 dum Romane ecclesie contra oppressionem tyrannorum Italie,
 presertim vicecomitatum Mediolanensem ab ipso domino apo-
 stolico acersitus transiit cum magno exercitu armatorum
 in Italiam iterato, et visitans ipsius domini pape presentiam
 in urbem ad ipsum accessit; ubi dum quoddam die ipse domi-
 nus papa de suburbanis, ubi moram fecerat, intraret in urbem,
 dictus imperator cum multo comitata sibi obvius, postquam
 ventum fuit ad portam civitatis, descendit de equo et ex humili-
 tatis devotione stratoris fungens obsequio frenum equi,
 cui inseruit dominus papa, manu capiens usque ad gradas beati
 Petri pedestre eundem dominum papam ad manum duxit.
 Tandem votis domini Urbani pape, propter que venerabili acersitas,